



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 35. Proterius Episcopus Alexandrinus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.  
A.C. 452.

to sibi legatum, acquirere valeant, non officio publico fungi, non Constantino-  
poli degere, aut in quacunque alia Me-  
tropoli liceat. Speciatim Monachi Mona-  
sterii Eutyichis comprehendantur, & toto  
Romano Imperio ejiciantur. Libri, de  
hac Secta tractantes, flammis tradantur,  
qui hanc Hæresin alios docuerint, capitis  
pœna tollantur, Discipuli decem libras  
auri pendant. p. 872.

§. XXXV.

*Proterius, Episcopus Alexandrinus.*

Dioscoro Gangresiam in Paphlagonia  
relegato, quatuor Episcopi, qui cum *Liber. c. 14.*  
ipso advenerant, in Ægyptum rediere,  
postquam Concilio Calcedonensi inter-  
fuissent, Eutyichi Anathema dixissent,  
damnassent Dioscorum, & epistolæ S. Leo-  
nis subscripsissent. Imperatoris ferebant  
epistolas, ad Theodorum Ægypti Præsi-  
dem datas, in quibus præcipiebatur, ut  
alius Episcopus ad Sedem Alexandrinam  
eligeretur. Sed non defuere, qui resiste-  
rent, cum civium plerique alium Episco-  
pum, Dioscoro vivo, recipere nollent.  
Tandem electus est Proterius, quem  
Dioscorus Archipresbyterum constitue-  
rat, eique Ecclesiæ curam commise-  
rat. Is ergo ordinatus, & præsentibus  
quatuor Episcopis, Athanasio Busi-  
riensi, Nestorio Phagonensi, Auxonio Se-  
beny-



Sæculum V. benyteno, & Macario Chabafeno, Sedi  
 A.C. 452. impositus. (\*)

*Evagr. II.*  
*c. 5.* Tunc vero populus Alexandrinus in  
 partes ire, his Dioscuro, aliis Proterio  
 faventibus. Sæctatores Dioscorigi Magi-  
 stratibus insultare ausi; milites, ad Sedi-  
 tionem compescendam missos, lapidibus  
 persecuti, in fugam vertunt, in vetus Se-  
 rapis templum confugientes obsident, &  
 vivos concremant. Re ad Imperatorem  
 delata, militum duo millia, novissime  
 conscriptorum misit, qui tam commodis  
 ventis usi sunt, ut sexta jam die ad Ale-  
 xandrinum portum appellerent. Verum  
 Tyrones isti, necdum Disciplina militari  
 subacti, & civium uxoribus, filiabusque  
 licentius illudentes, cum tranquillitatem  
 afferre debuissent, tumultum auxerunt.  
 Nihilominus ferociens populus, ablata  
 frumentorum copia, atque balneorum,  
 & Spectaculorum usu prohibito, pœnas  
 dedit. Florus, qui militibus imperabat,  
 haud diu postea, persuadente Prisco Rhe-  
 tore, Alexandrinis omnia reddidit, ani-  
 mosque ad tempus composuit. At Pro-  
 terius

*Liber. c. 15.*

(\*) Anonymus I. hic non immerito contradi-  
 cit Fleurio, & Liberati testimonio præfert testi-  
 monium Evagrii, dicentis, Proterium non Præ-  
 sentibus solum quatuor Episcopis, sed communi-  
 bus Concilii Suffragiis, videlicet a longe majori  
 Episcoporum Alexandriae congregatorum fuisse  
 electum.



terius nunquam non vitam periculi ple-  
nam duxit, ita ut toto ferme Pontifica-  
tus sui tempore militum præsidio se tueri  
neceffe habuerit.

Sæculum V.  
A. C. 452.

§. XXXVI.

*Theodosius Anti-Episcopus Jeroso-  
lymitanus.*

Palæstina quoque funesta dissensione  
scindebatur. Stephanus, Episcopus  
Iamniensis, & Joannes, Episcopus Sara-  
cenorum, ambo S. Euthymii Discipuli,  
Concilio Calcedonensi interfuerant; nam  
Petro, Saracenorum Episcopo, vita fun-  
cto, quia Successor ejus Auxolaus, Con-  
ciliabulo Ephesino adfuerat, & adhæse-  
rat Dioscoro, ipse quoque, a S. Euthymii  
Gratia exclusus, e vivis decessit, & ele-  
ctus est Joannes. Itaque soluto Conci-  
lio Calcedonensi, Stephanus, & Joannes,  
viam diligenter relegendes, quæ decreta  
fuissent ad S. Euthymium referre festina-  
runt, ne Viri Sancti indignationem, sicut  
ante Auxolaus, incurrerent. S. Euthy-  
mius, perlecta Fidei formula, in Concilio  
confirmata, approbavit, eamque tanquam  
Catholicam recepit.

vita S. Eu-  
thymii. p. 54.

Ubi id vulgatum, jam omnes Palæsti-  
næ Monachi Concilium Calcedonense re-  
cepturi erant, nisi obstitisset Theodosius.  
Monachus is erat, olim a suo Episcopo  
flagitii admissi convictus, & suo Mona-  
sterio

*Evagr. II.  
hist. c. 5.  
Cotel. Mon.  
Gr. to. 1.  
p. 415.*